

## DE ELECTIONIBVS.

aliquis incipiet iter die infortunato, & malo, & libere lucrabitur. Et alius quidem nauim intrabit die electo, bono, & fortunato, & nunquam reuertetur ad locum suum, uel alias impeditur, & rem amittet, & alius tamen lucrabitur. Et hoc non accidit nisi propter discordantias natiuitatum suarum, nec proficit alteri exitus, quem fecerunt duo una die, & hora. Potest igitur quis se adiuuare de electionibus quando bonitas electionis adiuuat significatores radicis: quod si iidem boni, uel mediocres fuerint, uel saltem non multum damnati, electio in hoc proficit, & ad bonum trahit. Quod si modo contrarium fuerit, non apparent electionum effectus. Ut si quis etiam pro suscipiendo filium idoneam ad hoc horam elegerit, & habuerit in natiuitate domum, & significatores filiorum damnatos, priuationem filiorum denotantes, non erit profectus ex hoc in electione laudabilis horæ: quia electio non tantum ualet quod uel retrahere, uel effectum contrarium producere possit illius, quod planetæ in radicis natiuitatis significarunt.

### Aphorismi in electionibus operum.

**Q**uando habueris natiuitatem, uel interrogationem, uel etiam anni reuolutionem, tunc debes aptare domum, ac significatorem natiuitatis uel interrogationis rei ipsius incipiendæ. Aliter fortunetur domus hora inceptions rem ipsam significans, ac dominus eius, & similiter eiusdem rei significator.

Aptetur etiam Ascendens dominus ascendentis, & dominus domus ipsius. Et sit ascendens de natura simili, & conuenienti in qualitate & ratione rei incipiendæ, ut signa mobilia pro itinere, terrea, uel fixa pro plantationibus, & seminum iactu, atque pro litibus Martis signa, uel pro igne ignea & cætera. Quod si dominus ascendentis fuerit in fortuna ponas eum aspicientem. Ascendens de trino uel sextili.

Aptetur Luna primū, quia participationem habet de re omni, nec non dominus domus eius, Quæ (ut plurimum) abhorrenda est in ascendente secundum Haly.

Aptetur Sol sicut rex, qui nisi sit in Leone, uel Ariete) in Ascendente, uel in domo rei malus est.

Item planeta rem naturaliter significans, ut Venus nuptias, Iuppiter substantiam, & similiter de alijs.

Itē locus coniunctionis, uel p̄uentionis p̄cedentis electionē, & dñs eius. Decima domus similiter, nec non dñs eius, & quartæ, qui finē rei atēdit: dū tñ quartā domū aspicit: aliter non significat finē rei, sed dñs domus Lunæ, si Lunā aspexerit. si aliter, planeta, cui primū iūgitur Luna post hūc dñs domus partis fortunæ, si hāc aspexerit. si autē remanet significatio Lunæ, & dño domus eius principaliter, uel quarto à Luna signo ubi tūc fuerit, & secundū aliquos dño quarti signi à loco partis fortunæ.